



CAP. XII.

CONTINUAT PRAXIN

eandem alio ὀρθοσητήματι ἱερογλωττικῷ, ex totidem Linguis eruto,

De

- I. Mose cornuto, ex Exod. 34, vers. 29. Hebraicum.
- II. Meritis opell. human. ex Dan. 4, 29. Chaldaicum.
- III. Anathematismo Paulino, ex 1 Cor. 10, v. 22. Syriac.
- IV. Latere Christi in cruce perfosso, Job. 19, v. 38. Arab.
- V. Signo piorum, ex Ezech. 9, v. 4. Samarit. Æthiopic.
- VI. Pane quotidiano, ex Matth. 6, v. 10. Græcum.
- VII. Intentatore Deo, ex Jacobi 1, v. 13. Latinum.
- VIII. Particulâ Sola, ex Roman. 3, v. 28. Germanicum.

□□□□

THESIS I.

STUDIUM Hieroglottici finem adæquatum non esse, ut solis γράμμασιν inhæreas fixus externis, indidem vè gloriolam aliquam veneris, præque aliis turgidè doctior videaris, sed ut scripturam sacram eò certius & fidelius perscruteris, mecum inficiabitur nullus, spero, cordatorum.

2. Ut itaque junioribus nostris studiosis, semet in album filiorum prophetarum offerentibus, ὀρμητήριον, adultioribus παιδότηριον, in schola verò Theologi-